

h. 96, 108.

X 20228 u3

Y C
8277

E T X O A O T I O N

Partim in honorem

**AMPLISSIMI ET
PRVDENTISSIMI SENATVS**

Inclytæ Reipubl. LISNICENSIS, par-
tim verò eminentissimorum eiusdem
optimi senatus membrorum,

Dn. IOHAN. ARNOLDI

&

Dn. DONATI CVPPII,

Virorum sapientia, virtute, & dignitate
præstantium, cum illis, suffragante PATRIÆ PATRE
Illustrissimo, noui honores, illi quidem consulis;
huic verò prætoris à Senatu lectissimo con-
suetæ solennitate ad XVI. Kal.

Maij decernerentur,

*Boni ominis & nominis ergo scriptum
& dedicatum*

à

M. Iohanne Gentsch Gr. Sittenæ sub in-
spectione Lisnicensi laudatissima pastore.

LIPSIÆ,

Ex officina Typographica Abrahami Lambergi.

ANNO M. DC. 1111.

*Humaniſſ. ac doctiſſ. Viro, Dn. M. Valentino
Bruñoni, Affini Dauico ſuo colendo Et M. Baltſ. Beyer*



INter in hunc, mundi cum quis considerat acta,
Conseruata diem prisca vestigia secli,
Quae gens non ullis cedens GERMANA periculis,
Transtulit ad seros celebri virtute nepotes,
Extat, & ad mundi finem fortasse rotundi
Extabit moris prisca memorabilis usus;
Quo super impositum pinis sublimibus audent
Vi catapultarum volucrum detrudere ciues.
Hic licet indigitet ritus virtutis auita
Argumenta, quibus nostra celeberrima gentis
Conspicienda datur manifestis, gloria, signis;
Subleuet à curis animum, dilatet amorem,
Et semel assumptos solidè conseruet amicos;
Inter se socias studijs deuinciat vrbes;
Deniq, sit patria quaedam protectio, nitri
Puluis ubi seuns contra non suppetit hostes:
Attamen à fatuis, quos TRANSYLVANIA bello
Proxima sanguineo fœdis nutrit in aruis,
Vertitur, & nostris nequicquam dicitur oris
Verti in despectum sacrati Numinis, olim
Quod volucris niueâ, tristi sine felle, figurâ,
Aurifluam Christum supra volitauit ad undam
Jordanis, quondam benè qui resupinus abiuit,
Quando Numides, missis tot regibus orco
Marte Palestini superaret iugera regni.

Sed de proposito quae fingit gens ea nostro.
Hæc plus quam Siclas æquant mendacia gerras;
Dummodò, quam faciunt athei non vnus assis,
Sanctius est nobis nihil atq, augustius aurâ,
Desuper angoris quae conscia pectora lenit.

Et ne forte tibi prestringat lumina vanus
Error, & attonito velut ad spectacula vultu

Suspicias



Suspicias di Et mendacia putida gentis ;
Eia age spectetur, simili quod Gracia more,
Luserit armipotens, bustum ad memorabile magni,
Adoridis, cecidit falsis qui casus in armis.
Quid? quod in Anchisis geniti Simoentis ad undam,
Laomedonte a collectio pubis, honorem,
Certavit jaculis missis, leuibusq; sagittis?

Hic quoq; cum LISNAM lusus tereretur ad urbem,
Splendidus, & volucrem transfixam pectora ferro,
Conscripti telis lacerarent undiq; ciues,
Aurea proposita sperantes premia palma:
Tunc ego decreram proceres, spectacula ritus,
Dona peregrinos, numerum, tentoria, ciues,
Symbola, cortinas, spes, diuersoria, leges,
Premia, processus, arcus, conuiuia, ludos,
Longurium, spara, vestitus, gurgustia, pompas,
Ludicra, praefectos, vexilliferosq; tribunos;
Et quae praeterea visuntur, sicubi celsam
Arcubus exagitat volucrem collecta iuuentus;
Enumerare breui percurrens singula metro.

Verum cum calamum digitis intenderet vnum,
Dextra, leuemq; suum cartham curuaret in usum,
Scriberet ut volucris spectacula, Cynthia aurem
Vellit, & admonuit caeptis desistere, tali
Dum soluit fando nitidum sermone palatum:
Quid deturbanda jaculis communibus alto
Culmine fata canis volucris? quem cura Senatus
In medium ponit, sumtis ut deniq; telis
Decidat, & veniat regina pecunia REGI.
Desine, Pastorem caelestis semine verbi
Pascere oportet oues; sed vatem ducere carmen.
Ergo age, commissi mandata fideliter exple

Muneris, & Christi solius dispice laudem,
Vulnera qui lapsu nobis inflicta nocenti
Tollit, & immeritas vocat ad sua gaudia gentes:
Ut tibus ille suis donabit cœlica quondam
Gaudia, & aterna donum exoptabile vitæ.
Desine, commodior scribendis versibus ansa,
Crede, superueniet, tenuis qua fœnore largo
Exerere ingenij dabitur per carmina vires.
Tempus erit LISNA rude quo donabitur urbe,
Ætatem propter, canus cum Consule Prætor,
Scribeturq; grauis communi voce senatus,
(Consulis ARNOLDVS, prætoris CVPPIVS hæres,
Tunc sit tantus amor metri, sit tanta cupido
Insedit voti mentem, gratare senatû.)

Hæc sunt quæ Phœbus retulit, quæq; auribus hausi
Extremis, memori seruans ea rumine cordis.
Quod si non digitis calamum præfagia Phœbi
Antea dempsissent memorata, pœmate lusus
Cantassent molli, LISNÆ quos MISNICÆ pubes
Tractauit nuper scriptis accita benignis,
Tempore quo sumto vibrare Cydonia ferro
Spicula, & erectam placuit transfigere metam.
Sed quia sic visum Phœbo, desistere cœptis
Collibuitq; diem vestri celebrare decoris,
Macti muneribus patres & honoribus amplis.
Obsequor, & ne qua videar cui pectoris expers,
Præpono grauibus grauiora negocia rebus.

Maius opus (quid enim per se manifesta negare
Profit) & ingenij rem non ignobilis, ultra
Neruum lentè consumtas, apparo, vires,
Dum telam vestri nitor memorare decoris,
Et canere acceptæ monumenta perennia fame:

Vestra-

Vestrarum siquidem series pulcherrima laudum,
Innumero sese cuius examine pandens,
Respuit & tenui fastidit arundine venam,
Haud secus ac quondam Pellæis dicitur aruis,
Portus ubi Emathia Pallenis littore surgit,
Magnus Amyntiades, nullis depingere vultus
Concessisse, libris nec res inuoluere gestas
Permississe, nisi quos præcognouerat antè
Se celebrasse suis toti virtutibus orbi,
Vt non gestarum duntaxat pondere rerum,
Sed quoq; cum vatis, tum depictoris ab arte,
Solis ab occasu, solis celebratus ad ortum,
Ante alios caperet nomen memorabile reges.

Sic quoq; vestrarum, præconia splendida, laudum
Diuitis ingenij creduntur poscere vatem,
Cuncta Pericleo qui fundat idoneus ore.

Nam quis EHRENHOLDVM, quem vulgò nomine prisci
ARNOLDI vocitant, nescit sublimibus aulis,
Exhibuisse suum, sic sorte ferente, Dynastis
Officium varijs, præsertim flumine SVEVVS
Qua fert pinnigeros spumanti è gurgite pisces,
Et qua Saxonice turget FRECKLEBIA campis.
Postea se patria cum conuertisset in usum,
Ædilis gessit munus cum laude virente,
Tot trieteridibus, quot constat partibus annus.
Pratoris tenuit terna vice munia deinceps,
Consulis ex merito nunc delibutus honore.

Quis non Donati pietatis idonea CVPRI,
Justiciaq; videt rara conamina? quo non
Magnus Aristides virtute celebrior esset,
Corpore Cecropio licet ille resurgeret aruo.
Quis non egregium fama dictamine natum

Cognouit C V P P I ? quem non Podalirius arte
Curandi, aut cæco celebratus vate Machaon,
Aut celebris simili præstans Erasistratus arte,
Deniq; Praxagoras audax, doctusq; Chrysippus
Vicerit: ingenio cognouit namq; sagaci,
Repperit Hippocrates quicquid ratione vel usu,
Et quicquid Xanthus, Races, Auicenna, Diocles,
Empedocles, prisci medicus Draco nobilis aui,
Cumq; Stagiræo docuit Pater ille Galenus:
Inde est, quòd, morbos herbis, potuq; salubri
Vsus mille potest medicamine tollere miro.
Inde est, quòd callet supera de sede Mathesin
Prognatam, taciti cernitq; quid ardua cæli
Sidera consueto solèant portendere motu.
Ergo postpositis sciolis, hic C V P P I V S, illis
Corpora qui stygias deuoluunt mille sub umbras,
Noxia cum tribuunt viciosis pharmaca morbis:
Saxonico seruit, qua pax grauitate, Dynasta,
Exantlatorum captatq; subindè laborum
Præmia, virtutis dulci cumulatus honore.

Sed præstat reliquos itidem percurrere patres,
Quos habet eximij venerabilis ordo senatus,
Hic ubi sublimes se LIS NIA celsa sub auras
Tollit & HARLINGVM spectat de culmine montem:
Hos inter, patria, celebris vir, gloria gentis
(Ampla virescendo meruit qua nomina, sacri
Vel de VVerthimij venienti nomine B V X I
Cantu nomen habet) lepidè moderatur habenas
Consul, & ex equo tractat fastigia rerum,
Vndiq; diuini sectando oracula verbi
Cælica, B V X B A M I V S venerandi gemma senatus:
Quem sincera Fides, & multa scientia rerum,

(Nam

(Nam teneris undam Permessidos hausit ab annis)
Deniq; & ex ipsis decorat prudentia factis.
Dy faciant, nati patrem virtute sequantur,
Diligit impensè Phœbi qui pronus alumnos.
Huic comes ad capulum spectans RÜMPLEVS, ab isto
Orbe breui forsan fatis cessurus, ut ante
Hebdomadas consul paucas CALLVVS abiuit,
CENTNERVS QVE grauis, senibus quibus, utpote fidis
Collegis optat capularis LANGIVS addi,
Cum pratore pari, Conradi ex parte tenentis
FECHERINOMEN, MÜNSTERI cuius Ebrai
Grandia Cosmographis meminere volumina chartis,
Quæ tu LISNIAE, iudex EHRNHOLDE GEORGI
Urbe relegisti monumenta subinde, lucernis
Adiunctis, quoties fuscas nox inderet umbras:
Nam quantum gemini non tantum dogmata Juris,
Commissa ut sparta partes feliciter ornes,
Sed quoq; tractantes populorum gesta libellos
Excultas vigili cupida molimine mentis,
Cum succisuis aliquatenus uteris horis,
Testatur sapidifacundia culta palati,
In te quam mecum multi mirantur, & optant,
Occupet ut plures talis solertia ciues,
Et teneat similis reliquas industriamentes.

Te quoq; magnus amor virtutis & ardor honesti
ORTELI priscis LISNEIÆ mœnibus urbis
Nomen habere facit, calamum tibi cura senatus
Inter tot Patres, alacrem concedidit uni,
Et benè: nam pennis præter quod tersius vdis
Mittendas aliquò potis es effingere chartas,
Et juramento fidei constringere testes,
Publicus unde etiam FRIDRICE notarius audis;

Insuper

1158274
Insuper Aonium didicisti condere metrum,
Tempore quo doctis licuit sudare camœnis,
Quin & ciuili munus prestare Lyceo.
Quare Musarum non fastidire labores
Diceris, ingenui verum hos obtutibus oris
Dignari, adiiciens si quid memorabile laudem.

Sed quis erit finis, si persequar omnia verbis?
Restat enim vino praefectus SCORLA, molisq;
TZSCHIPERVS geminis, aliàs addictus habendis
Mercibus, EHRNHOLDVS superest, MISIVS QVE, paranda
Artifices ambo lana, quos feruor honesti,
Integritatis amor, studium pietatis & aequi,
Intulit Olchestra magna grauitate senatus,
VVIZIGIVS veluti fuco vir purus ab omni
In numerum patrum nuper conscendit & urbis:
Quorum quam meritas in carmine dixero laudes,
Ante caput Titan consuetis tinxerit undis.

Vos quibus imperio tribuit DEVS esse, Senatus
Membraq; constituit, praesertim ARNOLDE recentis
Maeste, tua propter specimen virtutis, honore,
Et tu jam pridem canis decorate capillis,
DONATI QVE gerens nomen memorabile CVPTI,
Viuite concordēs, CHRISTI venerabile verbum
Propugnate; scholas memores & templa merendo
Reddite; pupillos solita bonitate fouete;
Fautores Themidos iucundum ciuibus aruum
Concinnate; bonos saluos praestate; nefandum
Propulsate malum; reprobos compescite pœnis.
Sic DEVS inceptis successus largiter addat
Omnibus, & donet traducere molliter auum.
Et tandem ad caelos spretis euadere terris,
CHRISTVS ubi victa reparabit morte triumphum.

F I N I S.

VDT7

n. 11


h. 96, 108.

X 20228

ΕΤΧΟΛΟ
Partim in hoc
AMPLISS
PRVDENTISSI
 Inclytæ Reipubl. LISI
 tim verò eminentissim
 optimi senatus me
Dn. IOHAN. A
 &
Dn. DONATI
 Virorum sapientia, vir
 præstantium, cum illis, suffraga
 Illustrissimo, noui honores,
 huic verò prætoris à Sena
 sueta solennitate a
 Maij decerne
Boni ominis & nominis
& dedicat
 à
 M. Iohanne Gentsch C
 spectione Lisnicensi laud
 LIPSIÆ
 Ex officina Typographica
 ANNO M. D.

*Humaniss. ac doctiss.
Brunoni, Affim*

C
42
44



*Kino
Balt. Beyer*

